uehementis. et repleuit totam
domum ubi erant sedentes. Et
apparuerunt illis dispertite lingue
tamquam ignis. seditque supra
singulos eorum. Et repleti sunt
omnes spiritu sancto. et ceperunt loqui
aliis linguis. prout spiritus sanctus da
bat eloqui illis. i i i.
QUAM uelox est sermo
sapientie. et ubi deus magister
est. quam cito discitur quod
docetur. Non est adhibita inter
pretatio ad audiendum. non consue
tudo ad usum. non tempus ad studi
um. sed spirante ubi uoluit spiritu ueri
tatis proprie singularum gentium
uoces. facte sunt in ecclesie ore com
munes. Ab hoc ergo die tuba
euangelice predicationis intonu
it. ab hoc die ymbres caris
matum. flumina benedictionum.
omne desertum. et uniuersa arida
rigauerunt. quoniam ad renouandam
faciem terre. spiritus dei ferebatur super a
quas. et ad ueteres tenebras abigen
das. noue lucis fulgura corus
cabant. cum micantium splendore
linguarum ... ubi domini lucidum.

et eloquium conciperet ignitum. cui
ad creandum intellectum. consumen
dumque peccatum. et efficatia illumi
nandi. et uis inesset erudiendi.
QUAMUIS dilectissi
mi ualde fuit ipsa
rei geste forma mi
rabilis. non dubium sit. in omnium
humanarum uocum exultante con
uentu. maiestatem sancti spiritus fuis
se presentem. nemo tamen estimet in
his que corporeis uisa sunt oculis.
diuinam eius apparuisse substan
tiam. Natura enim inuisibilis.
et cum patre filioque communis. quali
tatem muneris atque operis sui. quo
uoluit significatione monstra
uit. proprietatem uero essentie sue in
sua deitate continuit. quia sicut nec
patrem nec filium. ita nec spiritum sanctum
humanus potest uisus attingere. In
trinitate enim diuina nichil dis
simile. nichil impar est. et omnia
que de illa substantia possunt
cogitari. nec uirtute. nec gloria. nec
eternitate discreta sunt. Cumque
in personarum proprietatibus alius sit pater.
alius filius. alius spiritus sanctus. non tamen alia